

eficax medium ad salutem dicatur, & revera sit; plurimis tamen modis
ejus vis s. fructificatio inhiberi potest. E. δύναμις & τὸ δυνατὸν omnino,[“]
quod non sint idem, probet h. l. discernenda sunt. Illam non negamus ver-
bo DEi, sed hoc apud singula subjecta, potissimum apud induratos quia tales
negamus. Conf. D. Schom: *Colleg: Controvers. recent. p. m. 32.*

Tertium Niehenckii argumentum tale esto ex verbis suis:

Quicunq; ex alia intentione Induratis DEum verbum suum an-
nunciare docet, ac ex intentione salvandi eos, ille Calvi-
nizat.

Atqui nos, quos impugnat, hoc facimus.

Ergo.

Resp. per Instantiam: Atqui *Esaia* testatur, DEum sibi demandasse,
ut ex sua intentione s. voluntate consequenti Verbum induratis prædicaret,
ne converterentur, sed incrassarentur. Cap. 6, 10. Conf. Joh. 12, 39. 40. E.
est Calvinizans. B. D. Försterus ad *Esa.* expresse ad actionum species,
qvibus Deus circa Indurationem, ut χριτὸς occupatus est, refert annuncia-
tionem Verbi. Cujus finis ex parte DEi sicuti & propria illius efficacia,[“]
hominum Conversio: Sed propter horum malitiam ex accidenti fit, ut ver-[“]
bo DEi ipsis annunciat, magis magisq; indurentur, idq; ipsis odor ad mor-[“]
tem, quod ex instituto DEi & congenita verbi efficacia esse debeat odor[“]
ad vitam. 2 Cor 2, 16. p. m. 163. Qvo ipso statim B. Försterus differentiam[“]
docet internos, & Calvinum ejusq; οὐοψῆς tribuunt Verbo divino po-[“]
tentiam indurandi intrinsecam per se ex absoluto DEi decreto; Nos autem[“]
per accidens, ex malitia hominum, ipsissima verba *Balduni ad Ebr. IV. f.*[“]
1574. sunt: Verbum Dei vivum & efficax in utramq; nimirum partem, s. ac-[“]
cipiatur s. repudietur; in iis enim, qui recipiunt, operatur virtutem ad salu-[“]
tem, NB. in ceteris majorem damnationem: Illam virtutem in se babet;[“]
Hanc per accidens, obicem nimicum ponentibus hominibus operanti Spir. S.

Instat Niehenckius: *Rechenbergium pugnare cum larvis*, quando
in justam sui excusationem disserit: Gottes Intention ist bey dem
Worte nicht/ daß nach seinen Straß-Willen/ dasselbe bey den ganzen
Verstöckten mehr Busse und Bekehrung würden solle. [Ipse Nie-
henckius jam sapere incipit, ut DEum secundum voluntatem consequentem,
Conversionem Indurati intendere non posse credat.] Verum qya fiducia
Rechenbergium pugnare cum larvis Niehenckius poterit pronunciare;
Dum status Controversia Dn. Rechenbergio semper, non nisi ad volun-
tatem